

1742.

1. Bauer, Iama, Gorputz, fac. jus. procurandantes
Programma, quo summos in utique faire honores Prog
In seruo Mensuro . . . in dicit.
2. Cramerus, Wilhelmus Faetueras : Ut fortuna ejusque
usa et effectibus.
3. Dompoldius, Dr. Jacobus : Definitus circa lithan-
thraes . . .
4. Ernesti, Dr. Augst : De stipiugorum capien-
dorum apud veteres Romanos.
5. Hommelius, Ferd. Augt : De manu militari success.
168 d. rei. vind.
6. Kaestnerus, Abrahamus : " In condicis in debitis
solutione per errorum juris facta, locum habeat ?
Similque collegi actione intimat.
8. Kaestnerus, Abrahamus : De Wrigelio.

- 1742.
9. Maserius, Gottfridus : De collatione bonorum.
10. Maserius; Cornelius Fridericus : De jure fisci circumscriptionis
municipalibus competente.
11. Mylius, Gustavus Maria : De approbatione juris
dictiorum. 2 exempl.
12. Rickenberg, Cornelius Mo, fac. iur. procancellarius :
Programma, quo solemnia in angustalia Samuels Rudolphii
Slakui indicat.
13. Rinius, Iohannes Florus, fac. iur. procancellarius S. B. S. P. I.
Programma, quo ad dispensationes publicas invitatur.
14. Rinius, Iohannes Florus, facult. iur. procancellarius :
Programma, quo ad solemnia Doctoralia Iwanis Gadipidi
Trepferi invitatur.
15. Rinius, Iohannes Florus : De culpa ab uno collegio
commissa & hunc collegio praestanda.
16. Siegel, Dr. Gottlieb : De fundo praeceptorum refunda-
menti et abilitatis ope.

1742

- 17 Saepfer, Iwanus Fagius : De servitate rustica
agorum in cultorum cultorum prohibente
18. Wenzelius, Weston Fredericus : De Septimia Zenobia
Palmyrenorum Augusta.

1742, 11 2
559 71

DISSERTATIO IN AVGVRALIS DE OPPIGNORATIONE IVRISDICTIONIS

QVAM
AMPLISS. ICTORVM
IN ACADEMIA LIPSIENSI
ORDINIS CONSENSV
PRAESIDE
D. GVSTAVO HENRICO
MYLIO,

CVRIAEC SVPREMAE AC EIVSDEM ORDINIS ASSESSORE

PRO
DOCTORALIBVS IN VTROQVE IVRE
PRIVILEGIIS CONSEQUENDIS

AD D. XIII. DEC. MDCCXLII
AVCTOR
SAMVEL RVDOLPHVS STAHN
GOLDBERGA - SILES.
P. P.

LIPSIAE
LITERIS BREITKOPFIANIS.

1742. 11 2
559 71

DIESE EDITION DER
SCHENKUNG
VON
JURISDICTIONIS

12. MARCHI 1585
IN
CARTAGENA DE INDIAS

ESTA
LIBRERIA
DE
LA
CASA
DE
LA
REAL
ACADEMIA
DE
SABADELLA
Y
SANTO
DOMINGO

LIBRERIA
DE
LA
CASA
DE
LA
REAL
ACADEMIA
DE
SABADELLA
Y
SANTO
DOMINGO



§. I.



olent, qui publicum specimen dare & periculum sui facere volunt, in illo elaborando plerumque ita versari, ut ab ipsius Thematis iucunditate aut utilitate exordium scribendi capiant, deinde varia circa inscriptionis explanationem, verborum intellectum & homonymiam definiendam praefati, ea quae ad artem criticam pertinent ex omni aevo Iurisprudentiae tum veteris tum mediae magna & ambage & ambitione repetant, capita generaliora longo anfractu praemittant, saepe etiam, quem primo loco legimus, elenchum Iuris scriptorum, qui circa idem vel simile argumentum, nostra & maiorum nostrorum aetate occupati fuerunt, conficiant instructissimum, cui tandem Catalogus omnium in omnibus Academiis Germaniae conscriptarum Dissertationum & Exercitationum, quae ad eandem rem faciunt, numerosissimus iungitur. Ego vero qui de *Oppignoratione*

A 2

Iuris-

4 DE OPPIGNORATIONE

Iurisdictionis quaedam conscribere, & publico Eruditorum Examini ad consequendos honores in Iure vtroque summos, proponere iussus sum, hanc viam in re praesenti affectare nolo. Licet enim vnumquemque suae menti relinquam, & non solum ingenio, sed etiam otio suo abundare facile patiar, lectors quoque attentiores facere, &, quod multi intendunt, scriptionis genus exornare ad res arbitrii referendum sit, illa tamen capita de *Pignore, iurisque dictione, omnibus nota*, imo ab aliis ex Iureconsultorum libris centies descripta, mea hoc loco facere, atque eo ipso fastidium legendi mouere vereor. Quam ob rem pauca saltem de vtroque iure & *pignoris et iurisdictionis*, quae pro instituti ratione vix omittenda erant, praemittam, notitiae vero autorum cupidos ad Bibliothecas reales, Nomenclatores, STRVVIVM^a puta, atque PFEFFINGERVM^b ablegans.

- a) In Syntagma, Iuris Ciu. additionibus Petri Müllerij edito Exerc. IV. Lib. II. Tit. I. § Exercit. XXII. Lib. XX. T. I. ad Rubricas.
- b) In notis ad Vitriarii Institutiones Iuris Publ. Tom. III. Lib. III. Tit. XVII. §. 43. lit. a. p. 1208.

§. II.

Oppignorationis Vocabulum neque in responsis Prudentum a Triboniano & sociis eius in volumen digestis, neque in constitutionibus Imperatorum tam uno Codice collectis, quam nouellis obuenit, neque minus apud Autatores Latinos primae notae, quos *Classicos noctium Atticarum*

IVRIS DICTONIS.

5

ticularum conditor vocat, occurrit. Apud Iure Consultos tamen eosque recentiores frequentior est huius verbi usus. Sic Nobilis Dominus EYKE de REPGOW vel quisquis versionis Latinae " Speculo Saxonico adpositae verus est auctor, hanc dictiōnem usurpauit. En verba: Lib. III. art. V. *Quicquid alicui commodatur, aut oppignoratur restituere is debet sine deterioratione commodanti vel oppignoranti, aut soluere ei debet eius pretium, si vero equus vel pecus tempore OPPIGNORATIONIS moriatur, sine culpa possidentis, si hic id probauerit et iuramento se purgauerit, pretium non restituit.* Quae quidem verba, quod dissimulare nolo, fide B. THOMASII adscribo, qui eadem olim Dissertationi sua: *De Vsu practico accuratae distinctionis inter emisionem, cum pacto de retrouendendo et contractum pignoratum, cap. II. §. XXIX.* inseruit, cum tamen illa, ut ingenue fatear, cum iis, quae in GAERTNERIANA ac ZOBELIANA editione leguntur, plane non concordant, ut adeo B. auctori vel ipsissima Textus verba referre haud animum, vel alium Codicem ad manus fuisse, credendum sit. Ille certe liber eiusdem Iuris prouincialis Augustae Vindelicorum Anno MD XVI. impressus, quem B. Vir, teste oculato IAC. FRIED. LUDOVICI in Praefat. ad Spec. Saxon. §. XXXIV. possedit, iam non ad manus est, ut collatio instituatur. In Codice quoque Iuris Feudalis Alemannici, eiusque interpretatione Latina & rubrum

A 3

Capitis

6 DE OPPIGNORATIONE

Capitis XXIV. & CLV. ^b legitur : *De Oppignoratione sine Domini consensu, & nigrum hoc vocabulum repetit, cuius tamen versionis auctor est SCHILTERVS, Iureconsultus Argentoratensis, quod ipse fatetur in Praefatione ad dictum Codicem Iuris Alemann. §. XXI.* Nec desunt opuscula eiusdem inscriptionis, quae titulum praferunt : de Oppignorationibus rerum Imperii, territorii, feudi, Iurium, seruitutum, rei alienae, & quae sunt alia eiusmodi, ^c quorum excerpta referendi mox erit occasio. Iam plura non addo ad Dissertationis inscriptionem, quam elegi, defendendam ; Hoc saltem monebo : *pignerationem esse idem, quod: oppignoratio.* Ita enim Iureconsultus GAIVS : *Quod emtionem venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere. L. 9. §. 1. ff. de Pignoribus & Hypothecis & qualiter ea contrahantur.*

- a) Equidem me non latent Iureconsultorum dissidia circa Textum huius Iuris provincialis, quisam sit primaeius atque authenticus, an Germanici, an vero Latini idiomaticis. Illa SCHILTERI est sententia in Exerc. ad Pand. XXIII. §. 64. XXXVII. §. 84. Hoc vero argumentis certis euincit, qui nouissimum, omnibusque numeris perfectum nobis dedit Exemplar Speculi Saxonici, Excellentissimus GAERTNERVS in eius Historia, quam praefatus est, §. IX. quo loco contra Schilterum afferit, Textum Latinum, quo nunc utimur, esse quidem authenticum Eckonis, sed valde corruptum atque interpolatum.
- b) Prodiit ille Codex cum aliis ad rem feudalem spectantibus libris Argentorati cura IOH. SCHILTERI primum anno M DC XCVII. iterum vero auctor opera IOH. GEORGIE SCHERTEZI anno MDCCXXVIII. qui ad Commentarium Schilteri notas, simulque opuscula Bitschii & Dürrii, illius de Iure

IVRISDICTIONIS.

7

Iure Emponematum, huius vero de Curiis dominicalibus adiecit.

- e) Nomina scriptorum sunt: Ioh. STRAVCHIVS, NICOL. HIERON. GUNDLINGIVS, FELIX SPIZIVS, HENNING. CHRIST. GERDESEN, HENR. HAHNIVS, CASP. ACH. BECKIVS, Ioh. SCHACKIVS, STEPH. CHR. HARPPRECHTVS & Ioh. REIN. HE-DINGERVS.

§. III.

Iam vero vis huius vocabuli definienda est verbis. *Oppignoratio* ergo denotat aetum, quo Creditori ius pignoris in aliqua re constituitur, ut de credito recipiendo securus sit, idque cum fiat per contractum *pignoris* siue *pignoratium* ^a appareat facile, illum per *oppignorationis* verbum significantius exprimi. Cum vero ius pignoris vel a Lege, vel a Iudice, vel a Testatore, vel denique conuentione constituatur, nobis iam non erit sermo de Oppignoratione quadam legali, siue pignore publico, legali, aut praetorio, aut judiciali, sed tantummodo de facto aliquo oppignorandi, qua ius pignoris seu hypothecae inducitur, siue inter viuos paciscentes, siue mortis causa inter testatorem & haeredem intercedat; Deinde licet pignus in specie, eiusque contractus ab hypotheca, pacto nimirum praetorio, diuerafa sint, quatenus possessio in creditorem transfertur vel non, nos tamen pignus hoc loco generalius acceptum intelligimus; Fieri enim saepius solet, ut in hypotheca rei traditio interueniat, si forte creditor illipotius

8 DE OPPIGNORATIONE

tius maioris securitatis ergo incumbere & possessionem
actu exercere, quam Symbolum Instrumenti & actionem
ad ius in re declarandum tantum, habere malit, ut
adeo duplex quasi ius, hypothecae nimurum ex conuen-
tione, & pignoris, vi possessionis traditae, nanciscatur, id
quod potissimum accedente pacto antechretico fit, quo
id agitur, ut creditor utatur re pignerata in vicem usu-
rarum, licet si statim ab initio traditio sub hoc pacto con-
ventionem comitetur, rectius pignus, quam hypo-
theca audiat. v. §. VII. Inst. de Action. MERCVRIALIS
MERLINVS de Pignor. & Hypoth. L. I. Tit. I. qu. II. §. 5.
VOETIVS ad Digesta Lib. XX. Tit. I. §. 23.

a) De eo enim inter Henr. Habnium & Reinh. Bachouium dispu-
tatum fuit, an hic contractus rectius dicatur: *pignoris*, quam:
pignoratitius, quod *Habnii* asserit, sed hanc item nostram
facere iam non vacat.

§. IV.

Iurisdictio alia *Roman*a, alia *hodierna* dicitur. Illam
antiquatam ex eo nominant, quod facies illa Romani
Imperii sit penitus immutata, & ipsius iurisdictiois ra-
tio prorsus innouata. Magnum ergo errorem quosdam
errare certum est, qui statum nostrae reipublicae ad an-
tiquum Romanorum, & personam Magistratus aut
Iudicis hodierni ad Praetores, aut Praefectos, aut Procu-
ratores Romanos accommodare allaborant. Nos certe,
dum de Oppignoratione Iurisdictiois solliciti sumus,
plane

IVRISDICTIONIS.

9

plane non illam indigitamus, quae fuit Romanis Magistribus propria, cum personalis ea fuerit atque administratoria, adeoque iis facultas iuris realis constituendi in hac potestate, ad tempus plerumque concredita, haud competere potuerit. Hodiernam potius iurisdictionem intelligimus, vbi quaestio incidit: an pignori possit supponi, atque ius hypothecae in illa acquiri. Id autem ante omnia monendum esse puto, *Iurisdictionis* vocabulum hodie tam late sumi, ut summam potestatem gubernandi Rempublicam, adeoque ipsam maiestatem, & veram & analogicam, siue superioritatem tum summam, tum subordinatam, sub se comprehendat, quam iurisdictionem territorialem, regalem, sublimem & regiam passim in scriptoribus iuris publici legimus.^a Hinc nata est illa diuisio, qua iurisdictione alia dicuntur *independens* siue *summa*, alia *dependens* siue *subalterna*, atque haec iterum vel *ecclesiastica* vel *secularis*, & quidem alia *superior*, siue *alta*, alia *inferior* siue *bassa*, quam etiam *civilem*, illam vero *criminalem* appellamus, quibus speciebus definiendis & explicandis, cum sint peruvulgata omnia, iam immorari superuacaneum existimo. Potius alteram diuisiōnē *Iurisdictionis* hodiernae, eamque magis propriam ad nostrum scopum propero quae est moribus praecipue Germaniae vel *personalis* vel *patrimonialis*. Haec intuitu certae alicuius rei ad modum aliorum iurium acquiritur & in successores, singulares etiam transfertur. Illa est, quae tanquam officium

B

10 DE OPPIGNORATIONE

cium conceditur personae & cum illa extinguitur, alio nomine : *administratoria*, patrimonialis vero etiam : *realis*, dicitur. Vtraque ab obiectis plures denominations recipit, estque vel *allodialis* vel *feudalis*, quatenus ea negotia allodialia aut feudalia respicit, item : *ecclesiastica* vel *secularis*, eaque *civilis* & *criminalis*, pro diuersitate cauſarum personarumque. Specialius etiam *Iurisdictio metallica*, *forestalis* & *opificaria*^b nominatur, de quibus omnibus commentariolum addere praesens institutum non desiderat. Ut vero mentem meam vberius declarem, quam iurisdictionem oppignorationis obiectum esse intelligam, non realem solum, seu patrimoniale, quod saepius fit, sed personalem etiam, siue administratoriam, imo territoriale pignoris vel hypothecae naturam recipere putauerim, quod nunc pluribus demonstrandum erit.

a) Hac ratione TOBIAS PAVR MEISTERVS & IACOBVS LAMPADIVS Libros suos rectius inscribi censuerunt : de *Iurisdictione Imperii Rom. Germ.* quamvis LAMPADIVS cum secunda vice libellum ederet, consilium mutauerit, aliquum Titulum : de *Repubлиca Romano Germanica* supposuerit, quod recte annotauit Illustris IACOBVS BORNIVS in erudita, quam de *Iurisdictione per inuestituram feudalem concessa* conscripsit Dissertatione Inaugurali, in Academia Tubingenſi anno M DCC VI, defensa.

b) Vtrum Iurisdictio cadat etiam in Collegia mechanica fusius pertractauit ADRIANVS BEIERVS, qui processum mechanicarum cauſarum forensem in *Aduocato rerum opificalium perito cap. III. §. V. seqq.* tradidit. Et illa iurisdictionis, circumscriptae tamen, capacia esse deducit pluribus MATTH. STE-

IVRISDICTIONIS.

II

STEPHANI in Tr. de *Iurisdictione Lib. II. P. II. cap. VIII*
potestate vero cognoscendi & iudicandi super delictis publicis
Collegiis opificum tribuit CARPZOVIUS Decif. CCLXXXV
P. II.

§. V.

Oppignorare res suas non priuati solum homines,
sed etiam principes possunt, ergo iurisdictionem quo-
que pignerandi licentiam habent. Ordo autem & prae-
rogativa nobis imperant, vt primum de Imperantibus
eorumque rebus quae dicenda sunt, proferamus. Et
quidem si statum Imperii nostri Rom. Germ. respicia-
mus, ante Imperatorem Carolum IV. oppignorationes
in vsu fuerunt, quibus Imperatores prouinciam Impe-
rii vel totam vel partem eius pignori opposuerunt, ita
tamen vt saepe aliis Imperii statibus facultas ista bona
oppignorata redimendi, donec ab illis Imperatores rur-
sum redimerent, concessa fuerit, quam alii impignora-
tionem, alii pignus fiduciarium, imo alienationem dixe-
runt. Tempore insequenti per Conuentiones publi-
cas, quas Capitulationes Caesareas vocamus, res Im-
perii quo minus oppignorari amplius possint, cautum
fuit. Summa Capitulationis Caroli V. haec est: *Facul-
tates Imperii (Imperator) neque distrahat neque oppigno-
ret, nec alio modo deteriores faciat, et quae sunt
ab aliis nationibus occupata vel ab imperio diuisa bona
primo quoque tempore recuperet, sic tamen ne quid fraudi-
sit illis, qui vel priuilegio vel Iure nituntur.* Quae Con-
ventiones

B 2

12 DE OPPIGNORATIONE

uentiones tamen ad res Imperatoris proprias non exten-
dendae, cum hae pleno iam iure ipsius sint, atque
Imperator liberam pro sua voluntate alienandi potesta-
tem habeat, adeoque discrimen illud in oppignoratio-
nibus terrarum & ciuitatum ante Capitula caesaris susce-
ptis probe examinandum, cuius rei exemplum sistit
oppignoratio Ciuitatis Egranae cum territorio suo ac
iuribus a Ludouico Bauaro facta, nimirum an hic illam
vt suam, an vero vt Imperii Ciuitatem Iohanni Bohemiae
Regi obligauerit. vide quae contra *Knipschildum Iura*
Imperialium Ciuitatum defendantem disputauit
NIC. HIERON. GUNDLINGIVS in doctissimo
Schediasmate de Iure oppignorati territorii §. XC. Plura
Exempla oppignoratarum rerum, prouinciarum, iuri-
umque Imperii dare & quid hodie tum circa hanc oppi-
gnorationem, tum relutionem iuris sit, definire non
erit opus, partim cum in hac re nobis otium fecerint
STRAVCHIVS & GUNDLINGIVS, partim, vt
huius Iure Consulti verbis iucundis vtar, quia nihil amplius est,
quod ab Imperatoribus oppignorari possit,
atque Consilia de reuocandis rebus Imperii pignoratis
saepius agitata neque in hoc, nec in sequenti seculo ef-
fectum sortientur.

- a) Nimirum in hac re fuit **IOANNES STRAVCHIVS** in Dis-
sertatione de *oppignorationibus rerum Imperii* §. XXIX. XXXI.
XXXIV. cum iis, qui hunc libellum animaduerzionibus suis au-
xerunt *Thomassus*, *Gundlingius*, *Harprechtus*. vid. Strauchiana
Opuscula Parte VI. n. I.

§. VI.

§. VI.

Quod ad status Imperii R. Germ. attinet, an illi Iurisdictionem territorialem sublimem pignori supponere possint, & an Consensu Imperatoris & Imperii ad hanc oppignorationem opus sit, in disquisitionem venit. Describitur autem haec eminens iurisdictionio, quod sit: *Potestas, siue Ius summi, post Imperatorem, Imperii, eique connexorum regalium in omnes territorii subditos, supremi ex Principis concessione quaesitum aut vsu longaeuo obtentum.* Quod quidem Ius territorii, cui omnia regalia, iurisdictionio omnis cum imperio & superioritate subiiciuntur, ad illa iura publica vniuersalia pertinet, quae transferri possunt, cumque haec iurisdictionio territorialis, licet ad regulas vulgaris iurisdictionis reuocari nequeat, tamen vna cum territorio, cui semper inest, vendi, in dotem dari, infeudari atque aliis modis alienari possit, quod nemo negabit, cur non etiam omnia genera oppignorationum recipere illam dicendum esset? cum ab alienatione ad pignoris constitutionem argumentum procedat. Ad haec in diiudicandis rebus ac iuribus Imperii Exemplorum longo vsu ac obseruantia comprobatorum haud leuis est auctoritas, adeoque ex plurimis, quas supra ex Gundlingio atque Strauchio citauimus pignerationibus hoc arbitrium atque potestatem oppignorandi territória cum superioritate statibus Imperii vindicare haud

B 3

dubita-

4 DE OPPIGNORATIONE

dubitamus. ^b Quandoquidem vero illa oppignoratio saepius est alienatio , non tam potentia & aptitudine quam actu ipso, si, ad certum tempus licet, dominium transfertur, & iurisdictio territorii, cui adhaeret, naturam, feudi regalis nimirum, vel alius cuiusdam Imperii R. G. induit, ad huius pignoris constitutionem iuxta regulas consuetudinum feudalium consensus Imperatoris & Imperii necessarius videtur, sed Praxis & Obseruantia Imperii varie loquitur easque pignerationes, licet Imperatoris specialis consensus non interuenerit, validas esse, atque ius quoddam reale tribuere quotidiana comprobant exempla ; ^c Hanc autem praerogatiuam ex preeminentia illa potestatis territorialis, quae statibus proprio iure ac ordinario hodie competit, & iura summa, imo pleraque regia complectitur, territoriis simul in dignitatem summam euectis, deducunt, quod pluribus F R A N Z K I V S in Consilio quodam ad Consultationem Nobilis cuiusdam conscripto ^d exponit. Quoad successores vero in feudis regalibus, qui non sunt haeredes in allodio, illos eiusmodi oppignorationes nunquam obligant, nisi sint modicae, aut debita a posseffore vtiliter contracta , conf. I T T E R V S de Feudis Imperii cap. XXIII. §.5. Dissentit R H E T I V S ad Ius Feud. n. 19. p. 189. ZIEGLER de Iure Mai. p. 105.

^{a)} Ita LIMNAEVs Lib. IV. de Iur. Publ. cap. VIII. n. 183. alii aliter. Contra descriptionem, quam Reinkingius & Brautlacht suppeditant, quaedam monet I O H. G E O R G. S I M O N in differt.

IVRISDICTIONIS.

15

- dissert. de Iurisdictione Territ. Stat. Imp. cap. II. §. I. II. III. IV.
illam tamen, quae est Limnaei, suam facit, atque vberiori
expositione defendit §. V. VII. & sequentibus.
- b) Conf. GVNDLINGIVS l. c. §. 22. 27. 28. 86. 87. 88. 89. &
STRAVCHIUS l. c. §. 39. 40.
- c) Iam suo aeo hanc consuetudinem conqueritur Iureconsultus
antique virtute & fide conspicuus V D A L R. Z A S I V S, Ordina-
rius Friburgensis: Certe, inquit, in Germania nostra Fride-
rici prohibitio male seruatur. Ego vero tales consuetudines non
lando, cum sint contra publicam Imperii utilitatem, & per eam
magnitudo & augmentum Imperialis Maiestatis attenueretur.
Text. d. conf. I. post princ. de prohib. feud. alien. per Feder. licet
durum fore eas consuetudines evincere. v. Epitome in Vsus
Feud. Parte IX. n. 22.
- d) Exhibit excerptum G E O R G. A D A M. S T R U V I V S in Synt.
Iur. Feud. cap. XIV. 29.

§. VII.

Iurisdictionem administratoriam hodie in Praefectu-
ris principum conspicimus, quando administratio Iusti-
iae & rei oeconomiae certi cuiusdam districtus, qui
praefectura nominatur, praefecto cuidam ad dies vitae
vel certum annorum numerum conceditur, ut certis
temporibus rationem accepti & impensi referat. Non-
nunquam vero & locatur, & oppignoratur eiusmodi
praefectura, tum quoad exercitium iurisdictionis, tum
quoad fructus, redditum pecuniae, frugum, omnemque
vsum. Quod si autem Princeps praefecturam genera-
liter, pecunia mutua data, oppignorauerit, atque tra-
diderit, administratione concessa, an haec ad omnes
caussas, adeoque etiam iurisdictionis exercitium &
fructus extendenda sit, dubium videtur. Mota fuit

haec



16 DE OPPIGNORATIONE

haec quaestio circa finem superioris seculi in Ducatu Luneburgensi, cum Creditori pignoris loco praefectureiae traditae, & dignitas Consiliarii Praefectureiae collata essent, Princeps vero circa administrationem iurisdictionis & personae quaedam innouare vellet, sed, ad illius consultationem, Iureconsulti Academiae Fredericiana mutationem hanc Iure suscipi non posse responsum dabant, cuius verba, quae ad rem praesentem faciunt, apponam: Hiernechst was die Administrationem Iustitiae betrifft, solche ihm in seinen Contract expresse nicht mit übergeben, und daher in arbitrio Principis bleibt, durch wen er die Amtsgerichte administriren lassen wolle, cum constitutio officialium seu administratorum iustitiae ex arbitrio Principis dependeat. M Y L E R in Hyp. cap. 2. §. 12, § 13. Wilhelmus auch dadurch in esse-
tu nicht laediret wird, indem er die Reditus der Aemter dabey in Possession behält, darum er sich des Capitals und der Zinsen halber genugsam erholen kann, quod au-
tem Wilhelmo non nocet, alteri vero prodest, ad hoc compelli potest. p. L. 2. §. 5. ff. de aqua & aquae phuu. arc. Weil aber dennoch Wilhelmo die Administration zweier fürstlichen Aemter ohne einige Restriction übergeben, nebst der generalen Clausul: Sunt denen darzu gehörigen Amts- und Forstintradien, wie die Namen haben, und aus denen Rechten bekandt, quod si castrum alicui con-
cessum, etiam simul concessa sit iurisdictione castro cohae-
rens. AVGVST. BARBOS. de appell. verbor. signif. sub voce: ca-
strum,

IVRISDICTIONIS.

17

ſtrum, n. 6. seq. Tvsch. Praet. Concluſ. lit. C. Concl. 116. n. 3. § 8.
 Vornehmlich in contraetibus cum ipso Principe gestis, vt-
 pote qui semper sunt bonae fidei & hinc cum pleno effectu
 capiendi, SCHRADER de Feud. p. 10. Seſt. 1. n. 50. BEŠOLD.
Vol. 4. Consil. 150. n. 27. Quod etiam procedit in contraetu
 cum subdito gesto, qui Principem validissime obligat,
 MANGIL. de euicſ. qu. 172. n. 3. ANTON. HERING
 de fideiūſſ. c. 7. n. 286. Adeo vt nec de plenitudine potestatis ab illo recedere possit. GAIL. Lib. 2. obſ. 55. n. 7.
 MYLER. Nomol. Princ. Imper. c. 2. §. 3. Zumal enwir
 ein Fürst sich darinnen bey wahren fürstlichen Glauben,
 Treu und Worten verpflichtet, und daß wider solchen
 Contract keine verfängliche Interpretation statt haben
 folle, expreſſe beliebet, und also vielmehr contra Princi-
 pem dieser Contract zu interpretiren, vtpote qui clarius
 loqui potuifſet. L. veteribus 39. ff. de pactis. Welches alles
 dadurch um so vielmehr bestärket wird, weil der Fürst
 erliche Jahre her dem Wilhelmo die Administration der
 Amtsgerichte ohne einige Contradiction gelaffen, und
 dadurch dero gnädigste Willensmeynung, wie sie den
 Contract verstanden haben wollen, fattsam an den Tag
 gegeben, verba enim contractuum dubia explicanda
 sunt ex actibus subsequentibus L. quacdam sunt 15. pr.
 ff. de reb. dub. & voluntas magis facto, quam verbis
 declaratur. MANTIC. de tac. § ambig. conuent. lib. 6.
 tit. 9. n. 9. § 10. Und also der Landesfürst dasjenige, was

C

er

18 DE OPPIGNORATIONE

er einmal beliebet, zum Präjudiz des Wilhelmi nicht verändern kann, cum nemo consilium suum in alterius damnum mutare possit, C. mutare 33. de Reg. Irr. in 6to nec Princeps ius ex Contractu quacsumus alicui admirere & tertio beneficium cum huius incommodo concedere possit, L. nec annus 4. C. de emancip. liber. Da nun solcher Gestalt die Administratio Iustitiae, als ein Pertinenzstücke solcher Aemter zu consideriren, und die Fructus Iurisdictionis zu denen Amtsgefällen mitgehören, so ist auch per consequentiam necessariam solche Jurisdiction zugleich mit verpfändet worden, und kann, so lange der Wilhelmus seines Capitals halber den Contract gemäß nicht befriediget ist, von der Hypothec nicht separiret werden, indem bekandt, quod pignoris ius sit individuum, L. 1. C. de luit. pign. & L. 8. §. 2. ff. de vigor. act. BRVNNEMAN N. in Comment. C. ad d. L. 1. Welches auch denen deutlichen Worten des Contracts gemäß ist, indem darinnen vgeschrieben ist, daß Wilhelmus vor erhaltener richtiger Bezahlung diese benden Aemter, weder quoad administrationem zu quittiren, noch der Heb- und Einnehmung aller Gefälle sich zu begeben gehalten seyn soll, durch welche Worte ein Unterscheid unter der Administration und unter der Hebung gemacht wird, woraus am hellen Tage, daß dem Wilhelmo nicht nur die Einnahme, sondern die völlige Administration, und also auch die Verwaltung der Justiz mit verpfändet sey, particula enim:

enim: neque, habet vim copulatiuae, STRAVCH.
Lexic. part. iur. voc. neque n. 1. Copula vero auget & ampliat, seu adiicit aliqua ultra praecedentia. EVERHARD. *Topic. Legal. loc. a natura copulae n. 1.* Sc. Endlich auch die Bestellung der Justizbedienten einer Landesherrschaft in so weit billig frey bleibt, in so weit solche per contractum einen andern nicht bereits ausgetragen ist, welches per deducta superius in diesem Fall geschehen: So erscheint hieraus alleinhalben so viel, daß Wilhelmus wider Willen nicht gehalten sey, daß offerirte Capital anzunehmen, ihm auch die Administration der Justiz nicht entzogen werden könne. Von Rechts wegen. Quae etiam sententia fuit Iureconsultorum, qui in Lipsiensi academia & Iulia ius dicunt, vt adeo nostro suffragio vix opus sit.

§. VIII.

Patriae meae carissimae cui fructus, quos singulari Numinis diuini prouidentia nunc ex pacificatione nouissima in facris & temporalibus capit, animitus gratulor memor iurisdictionem a Principibus Silesiae pigneratam silere non possum. Illa quidem omnis, tam ciuilis, quam Criminalis ^a, quae in literis inuestiturae antiquis Ius Regium & Ducale vocatur, olim penes Silesiae principes & Reges veteres erat, quam per officiales suos, aduocatos nimirum haereditarios & prouinciales administrabant, tractu temporis vero haec iura Ducalia ex-

C 2

iguo

iguo saepe pretio, imo pro equo Spadone priuatis hominibus vendiderunt, quandoque oppignorarunt. In Ducatu Suidnicensi & Iauricensi iura haec iurisdictionalia omnia ciuitatibus fuerunt oppignorata, & Nobilibus tandem ex Priuilegio Reginis Vladislai anno M D XV. confirmato, quod IOH. IAC. DE WEINGARTEN *Fasciculo suo diuersorum Iurium Lib. II. n. VI. p. 276.* inferuit, facultas iura illa reluendi, concessa, reseruata tamen Regi potestate reemendi. Quae quidem oppignoratio variis, quae circa iurisdictionem exercendam obortae sunt, litibus, iisque satis funestis caussam dedit, dum ciuitates iurisdictionis exercitium in bonis feudalibus Nobilium & Vasallorum praetendebant, hi vero & contradicere & officialibus resistere non intermittebant. Decisionem harum Controversiarum anno M D X. ab Vladislao frustra tentatam tandem a spicciis Ferdinandi I. Imperatoris & Regis Bohemiae sequebatur anno M D XLVI. amica transactio inter status horum Ducatum prouinciales & Ciuitates quam idem WEINGARTEN *I.c.p. 299. seq.* exhibet. Conf. C A S P. S C H I F O R D E G H E R I *Libros ad Antonium Fabrum, Item Sebusianum, Lib. III. Tract. XXIX. de Iurisdictione quae olim in Silesia fuit. quaeft. III.* Haec olim. Nunc alia facies & iurisdictionis & Iudiciorum in S I L E S I A , postquam noua Lege Iudicaria Regia in vim sanctionis publicae hoc ipso anno promulgata abusus & incommoda ex variis

riis iurisdictionum generibus exorta successu haud infelici videamus sublata. conf. Pot. Bor. Regis F R I D E R I C I neue Procesordnung, wonach sowohl in denen Erb- als Mediasfürstenthümern und Standesherrschäften, auch allen andern Gerichten künftig versfahren werden soll, Breslau 1742. cum mandato Regio, quod inscribitur: Notificationspatent, betreffend die Einrichtung, welche Se. Königl. Majestät in Preußen und oberster auch souverainer Herzog in Niederschlesien bey dem welt- und geistlichen Justizwesen in dero souverainen Herzogthum Niederschlesien gemacht haben, de dato Berlin den 15 Jan. 1742.

a) Notatu digna est descriptio Iurisdictionis criminalis, quae in litreriis inuestiturae anno MCCCXLV. exaratis legitur: *Nisi quod in villa praedicta adlocutus provincialis super caput, manus, & nasum iurisdictionem habeat. SCHIFORDEGHERVVS all. l. qu. IV.*

§. IX.

Iurisdiction Patrimonialis sive realis, a principe subordinate in proprietatem concessa, patrimonio sive rei adhaeret, & cum ea ad quosuis successores, vniuersales ac singulares, transit, adeoque ut alia iura, in bonis est, certoque pretio aestimatur. Cum vero patrimonialia in commercium veniant, atque ab eo, qui proprietatem habet eodem modo, quo alia bona, vendi, atque ad quosuis ad contrahendum vel succedendum habiles transferri queant, certum est, iurisdictionem

22 DE OPPIGNORATIONE

etiam ab eo, qui illam in suo habet patrimonio, oppignorari posse, atque ius hypothecae in illa constitui. Ex potestate enim alienandi sequitur facultas oppignorandi, & sub nomine alienationis continetur etiam oppignoratio, quae est via per quam ad illam itur, ergo qui potest maius, potest etiam minus. Quoad ipsum ius & modum pignerandi vero distincta est illa potestas. Alia enim Iurisdictio adhaeret fundo allodiali, alia praedium feudal, & cum illis oppignoratur. Alia cum fundo simul pignori subiicitur, alia sine eo. De singulis ergo diuersa ratione sentiendum est. Si quando Iurisdictio fundo allodiali adhaeret, in eius oppignoratione ea omnia obseruanda sunt, quae in constituenda hypotheca rerum immobilium requiruntur, nemirum ut iure Saxonico Electorali ex dispositione Constit. XXIII. Part. II. D. Augusti Electoris accedat consensus Iudicis intuitu istius rei sitae competentis. Impropietatem enim Iurisdictio, licet sit res incorporalis, ob naturam subiecti inhaesioneis rebus immobilibus accensetur. Illa autem oppignoratio fundi, quae coram testibus extra iudicialiter fit, hodie omni effectu prioritatis destituitur, cum ea, quae olim in ORDIN. PROC. SAXON. Tit. XLVI. §. 3. disposita, noua lege §. 1. ad d. Tit. prorsus mutata sint; Quae vero §. 1. praec. de hypotheca conuentionali leguntur contra ipsum, ne quidem possessorem auxilium praestant, ut actio hypothecaria, quae olim locum inueniebat,

ueniebat, institui amplius possit. Extra Electoratum vero minime deneganda erit, cum debitor conuentus defectum consensu iudicialis opponere & factum proprium impugnare, fidemque adeo fallere non debeat, nec in eo Iuris Romani dispositio quoad tale pactum adhuc effectu suo destituatur. Quodsi vero duo rei debendi sint, qui ipraedium, vel eius partem, iurisdictionem communem, oppignorarunt nudo pacto, unus autem post haec solitarium dominium acquirat, an actio hypothecaria aduersus hunc tanquam possessorem totius pignoris moueri queat, dubium videtur. Putarunt locum habere actionem Iureconsulti Lipsienses ad quaestionem Regim. Cizensis in actis Lic. I. M. Lutheri contra I. G. Schwerdtner, M. Junio. M DCC XVIII. Haec de oppignoratione rei allodialis sufficient. Si porro iurisdictionis feudali adhaeret praedio, feudi pars est, atque eius naturam habere presumitur, usque dum alia, nimisrum allodii, probetur. Iam vero ex nexu Vasallitico sequitur, nihil quicquam, quod ad alienationem rei feudalis totius vel eius partis tendit, absque Domini Consensu Vasallum suscipere, adeoque iurisdictionem, partem illam praedii feudalis nobiliorem, pignori dare vel hypothecae subiicere non posse, quod & Constitutionibus **LOTHARII & FRIDERICI I.** in campus Ronchaliae pro tribunali publicatis, prohibitum legitur Lib. II. Feud. Tit. 55. En verba: *Hac Edicte legi sanc-*

mus

mus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere vel pignorare vel quocumque modo distractere seu alienare, vel pro anima iudicare, sine permissone illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Sed poena priuationis ob solam iurisdictionis pignorationem, modo illa tradita non sit, vix locum habere poterit, ut partem hanc praedii feudalis, quasi alienatam repetere queat Dominus, quem contempsisse sola conuentione vasallus non videtur, nec praeiudicium domino inferre, possessione non mutata. Per traditionem demum ille, quantum in se est, transfert ius, quod habet, faciendo totum, quod potest, scil. tradendo, ut ANDREAE DE ISERNIA verbis utar. ROSENTHAL de Feudis cap. IX. concl. XII. n. 3. ^{a)} Nec putauerim solam administrationem Iurisdictionis Creditori inscio Domino traditam ad speciem feloniae referendam esse, cum illam subinde per contraetum locationis conductori, aut actuario iudicij irrequisito Domino impune committi videamus. Nec omni caret effectu eiusmodi oppignoratio consensu destituta. Nam Vasallus quidem eiusque filii vinculum obligationis omnitempore agnoscere debent, Creditor vero, ut in possessionem iurisdictionis ad effectum, quo illam tamdiu, donec ex eius fructibus ipsi satisfactum, retineat, mittatur per viam iuris obtainere potest.^{b)}

^{a)} De pignore illicito feudali rei occurunt Textus iuris Feudalis Longobardici duo aequae obscuri, in quibus enucleandis, & quid sit pignus transactum, quid consultum siue constitutum, defudant

fudant eiusdem Iuris interpretes, vid. L. I. Feud. Tit. V. pr. §
L. II. Tit. VIII. §. fin. & ad eosdem HOTTOMANNVS,
RHETIVS, alii.

b) Conf. STRYCKIUS de Caut. contractuum Sect. II. cap. IV.
§. XIII. CARPZ. Part. II. Conf. XXIII. Def. V. n. 5.

§. X.

Iurisdictio ut plurimum cum Castro sive praedio pi-
gnori supponitur, verbis expressis, aut aequipollenti-
bus. Si enim praedium cum pertinentiis hypothecae
loco fuit obligatum, iurisdictionem simul oppignoratam
Creditor recte atque iure praetendit, id quod respon-
sum supra §. VII. insertum euincit, & CARPOVIUS
in Proc. Lib. V. Rep. XV. circa iurisdictionis locationem
his verbis factam pluribus deducit. Quo loco monen-
dum est, distinctionem tunc attendendam esse inter per-
tentias feudales & feudi. Hae sunt allodiales, & hanc
qualitatem retinent, licet praedio feudali iungantur,
adeoque haeredes allodiales in iis succedunt vel eius
pretium a feudalibus accipiunt, contra pertinentiae
feudales dicuntur, quae ex allodio in feudum sunt con-
versae accedente inuestitura, non enim sufficit sola de-
stinatio in aetum licet deducta. BERGERVS in Oecon.
Iuris Lib. II. Tit. I. §. VII. not. 2. Exercitium Iurisdictionis
regulariter debitor oppignorans haud concedit
Creditori, cum vero actione hypothecaria instituta ille
condemnatur, immissione facta an hic administrationem
iurisdictionis oppignoratae iure postulare possit, nu-

D

perri-

26 DE OPPIGNORATIONE

perrime dubitatum fuit. Caussae illius index hoc negabat, sed sequestratione facta, fructus iurisdictionis percipiendi emolumentum sufficere putabat, qua in re consentientes Iureconsultos Lipsienses illum habuisse mihi relatum fuit. Aliud tamen responderunt Scabini Electorales huius vrbis M. Augusto M DCC XLI. in eadem caussa, nec possum quin hoc responsum subiiciam. Ita se habet: Hat Sempronius gegen Verpfändung des ihm eigenthümlich zugehörigen Gutes Tusculanum genannt, worzu die hohe Landesobrigkeit ihren Consens ertheilet, vom Caio 10000 Rthl. erborget, es ist auch derselbe, nachdem Caius hernach dieses Unterpfandes halber, actionem hypothecariam angestellet, dahin, daß er das verpfändete Gut Tusculanum so lange, bis Caius an Capital, Interesse und Unkosten völlig befriedigt, abtreten, und ihm einräumen selle, rechtstkräftig condemniret, sowohl Caius in selbiges immittiret worden; und es weigert sich Sempronius die Gerichte gedachten Ritterguthes mit abzutreten. Ob nun wohl Sempronius, daß Caius die Abtretung derer Gerichte nicht verlangen könne, sondern genugsey, daß ihm die davon einkommende Nutzungen zugestellet würden, vermeynet. Dierweil aber dennoch die Jurisdiction, vor ein annexum, das dem fundo adhaeriret, zu halten, und Caio das ganze Gut, ohne einige Restriktion verpfändet worden, causa pignoris auch individua ist, und actio hypothecaria nicht nur dahin, daß dem Gläubiger ein Pfandrecht zustehe, sondern

dern auch, daß ihm der Besitz des hypothecirten fundi, mit allen accessionibus eingeräumet werde, gehet, nach mehrern Inhalt der übergebenen speciei facti und seiner Frage. So ist Caius sich mit Entrichtung derer Gerichtsnützungen begnügen zu lassen, nicht schuldig, sondern Sempronius ihm die Gerichte des verhypothecirten Gutes, Tusculanum genannt, so lange, bis dieser, wegen Capital, Interesse und Untosten, vergnüget worden, mit abzutreten und einzuräumen verbunden. V. R. W.
Et si dicendum, quod res est, vix arceri potest Creditor hypothecarius ab hac administratione, cum immissio & possessionem & facultatem percipiendi fructus iurisdictionis in solutum tribuat, hanc perceptionem vero an ipse aut per sequestrum iudicis expadiat, ab eius arbitrio pendet ex concessione Legislatoris Serenissimi in Ordin. Proc. Sax. Tit. XXXIX. §. 9. Derowegen diejenigen, welchen durch Hülfe etwas eingeräumet wird, solches mit nicht wenigen Fleiß als ihre eigene Güter zu bestellen, auch dem Schuldener hier von jährliche Rechnung zu thun schuldig. Et in accessionibus nouissimis §. 4. Kläger aber darein zu immittiren, auch nach Beschaffenheit der angestellten Action, diesem die Administration dabei zu überlassen &c. Illud tamen largior, debitorem oppignorantem, qui Dominus manet, & cuius iura certa ratione a tertio, illa ignorantie, diminui possunt, simul adhibendum, nec quoad actuarium, nomen, sigillum, & fructus mutationem temere fuscipiendam esse.

D 2

§. XI.

28 DE OPPIGNORATIONE IVRISDICTIONIS.


§. XI.

Quod in locatione iurisdictionis saepius accidit ac toleratur, vt separatim vni praedium, alteri iurisdictione elocetur, S T R Y C K. *Vfus mod. Lib. XIX. Tit. II. §. LXVII.* idem illud in eius pigneratione fieri assolet, nec iniuria. Certum enim est, quicquid emtionem venditionem recipit, idem recipere & pignorationem, contraque quicquid vendi non potest, idem nec oppignorari, L. I. §. 2. D. *quae res pignori, & aliae, quas allegat G V L. FOR NERI V S in Antinomia Pignorum §. 2.* Jurisdictione autem realis, licet a praedio in totum separari, atque ad aliud transferri non possit, eius dominium tamen separatim ad alium possessorem licite transit, qui exercitum atque usufructum, cum honore ac reliquis emolumentis accipit, in praedio feudali quoque, de qua separatione seu potius diuisione iurium & praedii recte DIONYSIVS GODOFREDVS ad Textum *Lib. II. Feud. Tit. VIII. §. I.* de augmentis feudorum afferit, quod duorum sint generum: quaedam per se subsistere, quaedam non, priora partem feudi non esse, at posteriora, vt seruitutes. Quid si vero, inquit, vasallus iurisdictionem castro feudali adquisiuit? Jurisdictione heredum Vasalli fuerit. Potest enim separari jurisdictione a castro, cum penes vnum feudale castrum penes alium jurisdictione esse possit.

§. XII.

Plurima adhuc restant dicenda, cum primis quae circa effectum hypothecae, conditionem fructuum, & patrum antichreticum disputari possunt. Verum enim vero de fructibus jurisdictionum peculiare DANIELIS GRAMIZERI Schediasma extat, & reliqua emolumenta jurisdictionis personalis, aequae ac patrimonialis explicauit, qui in hac academia de *Locatione Iurisdictionis Exercitationem publice proposuit B. IACOBVS AVGUSTVS FRANCKENSTEIN*, ad quos ut temporis & chartae rationem habeam, Lectores Beneuelos remitto.







Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

B.I.G.

ATIO INAVGVRALIS
DE
NORATIONE
SDICTIONIS

QVAM
PLISS. ICTORVM
EMIA LIPSIENS
NIS CONSENSV
PRAESIDE
AVO HENRICO
MYLIO,
AC EIVSDEM ORDINIS ASSESSORE

PRO
VS IN VTROQVE IVRE
FIIS CONSEQUENDIS

. XIII. DEG. MDCCXLII

AVCTOR
VDOLPHVS STAHN
OLDBERGA - SILES.

P. P.

LIPSIAE
S BREITKOPFIANIS.

1742, 11 2
559 71